



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **S. Odilo Abbas. Cura defunctorum**

**[Köln], [1654]**

S. Franciscus De Paula. Vera humilitas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)

ad 29  
ocaci  
nden.  
Crucis  
appel  
quater  
magi  
pro-  
s in lo  
r con-  
ctus &  
emini  
am ibi  
ai illuc  
perat.  
am fe-  
nate sa-  
mini-  
i anno  
onibus  
obser-  
pit fre-  
Euro-  
ta.  
de  
ur.



**S. FRANCISCUS DE PAULA.**

*Vera humilitas.*

Deus humilium celsitudo, qui B. FRANCISCVM Sanctorum gloria sublimasti; tribue, ut ejus meritis & imitatione, promissa humilibus præmia consequamur.

*Ora pro Ordine Minimorum.*

✠

**F**RANCISCVS, natus Paulæ in Calabria; ibidem ab anno æt. 15 solitariam vitam tenere cœpit. Hujus exemplo eandem amplexi plures, ipso duce in Ordinem coaluerunt Religiosorum, quos pro humilitate Minimos dici voluit, & quarto Quadragesimalis victus voto obstringi. Institutum Pirrus Consentinus Archiepiscopus anno 1471, ac deinde Sixtus IV probarunt: quod Sanctus per Italiam, Galliam, Hispaniam propagatum vidit; vitam, tanta licet in abstinentia, ad 90 annos producens. Obiit autem Turonibus in Francia 1507, vivus ac mortuus tam clarus miraculis, ut Leo X, confectos de his processus approbans, illum an. 1513 Beatis, Sanctis vero adscripserit 1518. Cadaver, post dies undecim elevatum de terra, & honestiori conditum monumento, æque ac prima die integrum repererunt Hugonotti anno 1562, ac igni ipsum tradiderunt. Sed partes sacræ inde subreptæ, longe lateque devotionem fidelium incenderunt.

*Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris.*  
Math. 11.